

Otio cultu effascinati, convenit cum eremo & solitudine animæ pa-
 rabiblica, quam supra jam reprehendebamus. Ingressus ad Deum,
 der Eingang / das Eintreten in Gott / nuncupatur etiam introi-
 tus in cubiculum, in die Braut-Kammer / quantumvis juxta alios
 hæc gradibus suis discernantur: itemque introitus in caliginem di-
 vinam, qui eo ipso, dum Deum scimus, in ignoratione ejusdem con-
 sistere putatur. Quæ sunt hominum in otio negotiosorum, & al-
 tiora viribus sapientium, ineptiæ; juventuti, ne omnia alia capessat
 præjudicia, identidem explicatius proponendæ. Horum facit IN-
 SPIRATIO BOEHMISTICA; horum INTELLIGENTIA PENE-
 TRATIO, LIGATIO, EVACUATIO: Horum INTELLIGENTIA
 UNIVERSALIS DEURHOFFIANA, fato fatuo & brutali obnoxia,
 & incassum pro summa perfectione venditata, reduci queunt. Hor-
 sum aggregantur INTERNA, in antithesi ad externa. Talia sunt
 apud ipsos internus homo, quem sibi persuasum habent esse Spon-
 sum Cantici Canticorum, cui vendicant internam vitam, externæ
 oppositam, quique non subscribit Symbolis & Confessionibus, quan-
 tumvis homo externus fidem iis juratoriam addicat, & hanc sub-
 scriptione propria faciat testatam: Interna pax, seducens ita anima-
 tos ad secretiorem arrogantiam & merum Pharisaismum: Internum,
 insitum, naturaliter implantatum verbum, quod ipso etiam revelato
 sanctius esse credunt, & religiosius venerantur, agentes, man solle
 an der Heil. Schrift nicht hangen bleiben. Internus mundus,
 welche (innere Welt) sey eine Göttliche Wesenheit / daraus die
 euserliche Welt nur eine Außgeburth genennet werden möge:
 Internus Baptismus, Interna Cœna, cum rejectione externi Baptismi,
 & externæ Cœnæ; siquidem hæc visibilia Sacramenta ad essentiam
 Christianismi ne quidem attinere judicantur. INVISCERATIO est
 transubstantiatio hominis devoti, seu mutatio passiva in substan-
 tiam divinam. INVITATIO AMICORUM DEI non per Verbum
 Evangelii κατ' ἔξω, verum κατ' ἔσω, intro ET ab intra. IRRA-
 DIATIO CHRISTI IN ANIMA, veterum Anabaptistarum &
 Schyvenkfeldianorum inane delectamentum & vanissima gloriatio,